

fomitē administrat^a. Si ascenderit^b quis in celum — ecclesie fidelium^c —, illic^d erit, si descenderit in infernum^e — sequentium Machumeti^f —, aderit. Si sumpserit pennas diluculo — collegii Patareni^g inter lucem et tenebras persistentis — et habitaverit in extremis maris¹ — 'imperii Germanorum' subauditur —, inveniet^h. Nullus locus expers erit [eiusⁱ] presentie^k, et idcirco^l ecclesia caveat^m Christiana, ne in eamⁿ, cum educandus^o fuerit, inducatur coluber tortuosus². Et hec de bestiis maris et terre^p discussa^q sunt super dracone futuro, cuius in tempore Christianus populus^r conprimetur^s ab illis^t et velut in limo profundi³ sub procellis imperialis altitudinis infigitur. In mari^u notatur imperium, in profundo populus barbarus^v, in limo fecis^w hereticorum omnium cuneus Patarenius^x. Quia vero conterendus^y est draco, et bestie capiende^z, tibi tacere^a non potero, ut scias, quod, quanto altior fastus^b extiterit, tanto proclivior sit et casus.

Dole, cesar, et satage^c, quia cadet superbus heres tuus et corruet, et sicut non erit qui suscitet^d, sic et in populo^e eius Dominus ignem celi^f furorisque succendet⁵. Licet enim^f eius gladius contra quosque filios nove^g Babylonis inveniatur^h, tamen ipse quoque columbe gladium non evadet⁶, quia, sicut per unum multorum cohercetur audacia, sic et in eum exereturⁱ plurium disciplina. Verum^k quia

a) 'administret' V. b) 'ascendit' B. c) 'fid. in celum eccl.' R. d) 'illuc' V. e) 'inferum' V. f) 'maomeothi' V; 'inf. populi barbarorum adherit mox ibidem' R. g) 'patareni' R. oft. h) 'ueniet' B; 'inv. subaud.' R. i) 'eius' fehlt VR. k) 'presentia' B. l) 'sibi' setzt zu B. m) 'cav. eccl.' B; 'cav. Christ. nauicula' R. n) 'eum' V; 'ipsum' R. o) 'educendus' B. p) 'terre et maris' R. q) 'diffusa' R. r) 'pop.' fehlt V. s) 'opprimetur' B; 'conpelleretur' R. t) 'illo' V. u) 'mare' V; 'enim' setzt zu B. v) 'barbaq' V; 'barbarorum' R. w) 'fece' B; 'fex' R. x) 'paterenus' R. y) 'contendus' R. z) 'rapiende' B. a) 'celare' R. b) 'faustus' B; 'status' R. c) 'sat. et' B. d) 'pp' R. e) 'celi' VB; 'zeli' R. f) 'ergo' R. — 'eius' fehlt R, wo am Rande: 'Iere. XLVI'. g) 'noxe' R. h) 'inseuiat' R. i) Von des Schreibers Hand übergeschr. 'vel exercetur' V; 'exercetur' R. k) 'Verumtamen' R.

1) Ps. 138, 8: 9: 'Si ascendero in coelum, tu illic es; si descendero in infernum, ades. Si sumsero pennas meas diluculo et habitavero in extremis maris'. 2) Iob 26, 13: 'obstetricante manu eius eductus est coluber tortuosus'. 3) Ps. 68, 3: 'Infixus sum in limo profundi'. 4) Jere. 50, 32: 'Et cadet superbus et corruet, et non erit qui suscitetur eum; et succendam ignem in urbibus eius'. 5) Ezech. 36, 5: 'in igne zeli mei'; Soph. 1, 18: 'in igne zeli eius devorabitur omnis terra'; ib. 3, 8: 'effundam super eos . . . omnem iram furoris mei, in igne enim zeli mei devorabitur omnis terra'; Ezech. 16, 38: 'dabo te in sanguinem furoris et zeli'; Jerem. 17, 4: 'ignem succendisti in furore meo'. 6) Jerem. 46, 16: 'revertamur . . . a facie gladii columbae'.